UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De valore sacrificii cap. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

pus & ſanguis Domini ſub ſpeciebus panis & vini contenta, ſunt ſacrificium & ſacramentum : Sacrificium quidem quatenus Deo patri offeruntur, in conſecratione & ſumptione à ſacerdote. Sacramétum autem dicitur quatenus ſub illis ſpeciebus corpus, & ſanguis Chriſti cõtinétur, vnde quod poſt miſſam in pixide aſſeruatur, ſacramentum eſt, & non ſacrificium.

De valore miſſæ ratione ſacrificii. Cap. 6.

EX Miſſæ ſacrificio duplex valor conſurgit, alter ex actu offerétis, qui dicitur ex opere operantis, alter ex ipſa oblata: prior ex maiore charitatis feruore augetur, poſterior ſemper idé eſt, & eſt finiti gradus, nam etſi res oblata ſit de ſe infinita, offerens, & oblatio, ex quibus valor attenditur, ſunt finita. Iſte autem valor

tria nobis confert bona. per modum meriti de congruo, bona téporalia· per modum meriti de cõdigno ratione rei oblatę, gratiæ augmentum. per modum ſatisfactionis, pœnæ remiſſioné. Per modum vero impetrationis, prodeſt, cũ ad alia bona, tum pro mortuis.

De iis quibus hoc ſacrificium prodeſt. Cap. 7.

PRodeſt offerentibus, & pro quibus offertur, offerentes ſunt in triplici differẽtia, immediati, vt Sacerdotes: Remoti, vt populus Chriſtianus: Medii, vt qui aliquo actu ad celebrandũ cõcurrũt & hi ſunt miniſtri, ſacerdotem alentes, eccleſiam ei præbentes, qi interſunt ſacro, &c. offerentium autem & in gratia exiſtentiũ quilibet in ſuo meretur gradu, & propinquiores magis. Immediati, &